



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

6

THESES INAUGURALES,
DE
JURE PRINCIPIS
CIRCA HÆRETICOS,

Quas

Rectore Magnificentissimo,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO WILHELMO,
ELECT. BRAND. HÆREDE &c, &c, &c.

PRÆSIDE

DN.D.CHRISTIANO THOMASIO

Conf. Elect, Brandenb. & Prof. Publ. ac Facult. Jurid.
h. t. Decano,

PRO LICENTIA

*Summos in utroque Jure honores ac Privilegia
Doctoralia rite capessendi,*

Publico Eruditorum Examini submittit.

JOHANNES CHRISTOPHORUS Rube/
Advoc. Duc. Sax. Salfeld.

d. XI. Novembr. M. DC. XCVII.

IN AUDITORIO MAJORI,
Horis ante- & pomeridianis.

HALÆ, Typis CHRISTOPH. SALFELD. Reg. El. Brand. Typogr.



CHRISTIANUS THOMASIUS
JCtus, Consiliar. Elector. Brandenb. ac Facult,
Juridicæ p. t. Decanus.

LECTURIS

S. P. D. & O. P.

CHARTERED ACCOUNTANT

THE INSTITUTE OF CHARTERED ACCOUNTANTS OF INDIA

1952

B. C. D.

Uamvis communiter doceatur, in regimine

O Ecclesiastico vitanda esse duo extrems, quorum alterum Cæsar-Papæ nomine insigniunt, alterum Papo-Cæsariam appellant, neminem tamen hactenus invenire licuit, qui perspicue illa duo viae inter se secernere docuerit, quomodo vero evitari poterunt eadem, si non intelligantur aut lentiuntur? Quid juvat, quod omnes uti profiteantur, ea esse fugienda, si tamen multi eadem vel alterutrum ed securius committant, quod ob ignorantiam communem quilibet negare audeat, se id facere, quod ore condemnaverat? Video quidem communiter isthac vicia distinctione inter externa & interna potestatis Ecclesiasticae secerni, sed video etiam ea distinctione parum profici. Dicunt: Principibus competere potestatem circa externa in Ecclesia, Clero potestatem circa interna: Cæsaro-Papiam evadere, si Princeps etiam circa interna se velit immiscere, Papo-cæsariam, si Clerus velit disponere de externis, aut etiam rebus aliis ad Ecclesiam non pertinentibus. Bene hæc omnia, si modo illa externa & interna Ecclesia ita evidenter sejuncta essent, ut non quotidiana confusio eorum, etiam à docentibus, esset metuenda, & si modo hoc pacto non per æquæ obscurum exponeretur id, quod jam satis obscurum erat. Rejecimus eam ob causam hanc distinctionem jam alibi. Et quamvis ea rejectio multis displiceruerit, præprimis, quorun intererat, Laicis in doctrina juris Ecclesiastici oculos non aperiri, vel ex prælenti tamen materia dicta à nobis illustrari possunt. Papo-cæsariæ exemplum omnes serè nonnisi in Papa querunt, cœtus Evangelicos eo vicio immunes esse communis fabula est, sed fabula. Annon enim in multis locis Ministri Ecclesiæ alterum pedem in Curia habent? Ut de Consistoriis nihil dicam, ubi certè non agitur de internis Ecclesiæ, sed aperte de externis: Quodlibet dixeris hæc exempla ad Papo-cæsariam non pertinere, nec esse hæc vicia, aut illicita, parum tamen promovebis, si modo obtineam, nec ergo me, nec te ex communis doctrina formare posse clarum conceptum Papo-cæsariæ. Cæsaro-papias exempla, uti ob sumamam Cleri vigilantiā, omni tempore fuerunt rarissima, ita nec hodie multa extant, nisi quod sapientiæ Principibus controversia moventur à Clero, cum jure suo circa externa uti voluntat si simul interna ipsi concordia aggredentur & sic Cæsaro-papæ exempla præberent. Prodest enim obscuritas doctrina illius raro Principibus, sapientiæ Clero. Sub hac tamen Zelum divinum & spiritualem interpretantur, quod in se Papo-Cæsaria est; sub eadem Principium iura involant, & si Principes nitantur contra eos de Cæsaro-papia accusant. Nullum jus Principi competit circa ea, quæ Deus iustit & prohibuit. Bene. Ergo vel

autum jus Principi reliquum est, vel in iis id habet, quæ Deus non præcepit, nec interdixit. At hæc ultima quid aliud lunt, quam quæ uno verbo dicuntur Adiaphora? Sed annon & nostris Principibus jus circa Adiaphora aperte negatur à Clero nostro? Annon Cesaro-papæ crimen impingunt illis Principibus, qui jure suo utuntur? Inter externa, si quæ sunt, quid magis externum esse poterat alicui negotio, quam locus & tempus? Et tamen hoc ipsum jus Principibus controversum redditur. Nec possessio diurna & continua deterret adversarios. Capiamus ex re primum obvia exemplum. Nulla est ordinatio Ecclesiastica in terris Principum Protestantium, quæ non de loco & tempore cultus divini disponat. Et tamen si quis urgeatur, ut secundum ordinationem illam tempus concionum suarū determinet, multi urgent, istas ordinationes petere interna Ecclesia: Scriptum enim esse à Paulo: Spiritum Sanctum ne extingvatis. Ergo Magistratum Politicum huic præcepto divino refragaturū esse, si determinare velit tempus ~~concionandi~~. Additur: parum Christianos esse, qui conquerantur de longioribus concionibus, has ad beneficium Pastorum esse referendas; Ex impulsu Spiritus Sancti conciones in longius spatiū extendi, cui à ministro Ecclesie non possit nec debet resili; Ministerium esse Officium Spiritus Sancti, & idem Germanito idiomate ministros appellari Spirituales καὶ ἔργον. Suggestum esse officinam Spiritus Sancti, Conaciones longiores non esse rejiciendas, cum fundamentum habeant in scriptura, Christo ipso & Paulo conciones in longius extendentibus: debere ergo longiores Conaciones attente audiri, etiam ab ipsi Principibus, exemplo Constantini M. Vit. Const. I. c. 33, &c. Tanta est vis harum ratiuncularum, ut etiam hominibus piis pet easdem subinde impositum fuisse oblevaverimus. Misercent multa huc non pertinentia. Ita est, qui verbum Dei tædio habent, parum Christiani sunt, ergo & illi, quos conaciones piorum hominum ex impulsu Spiritus Sancti agentium nausea afficiunt. Sed hoc non est in questione. Peccabat conservus in Evangelio conservo suo ex rigore debitum exigens, sed tamen hic illi non opponere poterat exceptionem non competentis actionis. Ita peccant auditores, quibus verbum Dei tædium est, sed propterea Minister Ecclesie non liberatur ab obligatione erga Principem & Ecclesiam. Neque huc pertinet, querere, an conaciones longiores sint ros sua natura turpes & rejiciendæ. Quis enim unquam id asseruit? Sunt ergo & parum hic pertinentia exempla concionum Christi & Pauli. Et eo minus huc pertinent, quo magis distant iuter se conaciones Christi & Apostolorum à conacionibꝫ nostris, quæ discantur artificio humano secundum præcepta collegiorum homileticorum. Adde, quod nec Christus, nec Paulus promissione sive jurata sive injurata se obligaverant ordinationi aliqui Ecclesiasticz. Afferuntur præterea quædam aperte Papistica, qualia sunt, de nomine spirituum etiam ministris nostris tribui solito, & de exasciandis Principibus nostris ad exemplum Constantini apud Eusebium, deque suggestu officina Spiritus Sancti, qui in officinam hanc non ante erectus est, quam eo tempore, quo ex studio Verbi divini factum est opificium. Omnis nervus ergo dissensionis in dicto Pauli sc̄us est, qui spiritum non vulgæ extingvi aut supprimi. Jam demus, de Spī-

ritu

(3)

ritu Sancto eum intelligendum esse, quamvis & de hoc adhuc possit disquiri : de-
mus insuper, Ministros concionantes agi spiritu Dei, quamvis de impio id omnino
negandum sit, & pii admonendi sint, ac in se motus pios vel angelicos confundant,
cum motibus Spiritus Sancti & Theopneustia ; & ut in concionibus suis cum
Paulo distingvant inter ea, quæ dicit Dominus, & quæ dicunt ipsi. Denus, in-
quam, hæc omnia. Quis unquam seposito affectu dicet, per ordinationes Eccle-
siasticas tempora concionum determinantes extingvi Spiritum aut suppressum? Si
Spiritus Sancti noui suppressum in Professoribus Theologiz determinatione horæ,
quomodo suppressum retinetur in concionatore? Si non suppressum id est, quod per
ordinationes Politicas adstringi se patitur ad exponentias Epistolas & Evangeliorum
ab hominibus prescripta, & quod certo ac statuo tempore conciones incipiunt:
cur suppressum retinetur determinatione temporis, quo debeant finiri? Quamvis insu-
per concedamus, parvum Christianum videri, si quis cum summo rigore observatione
nisi ordinationum illarum a ministris velit exigere, cum facile excusationem me-
reatur, cui donum brevitatis non est concessum, non tamen ea, quæ excusandi loco
profici debebant, vertenda sunt in impugnanda iura Magistratus Politici, nec sta-
tum pro impossibili habendum, quod difficile est, maximè vero quod difficile est:
ex falso hypothesis. Non credamus inquit, si quis dicat, impossibile ipso esse, deter-
minato in ordinatione tempore, sermones ad populum absolvere, et si facile credamus
eum bona fide hæc dicere. Spondem, item illam à quoc, homine integrum
mentis, tantum abest à Christiano, facilimè ac gratis & addisci, & dōceri posse.

Postulavit hanc digressionem amor errantium, & ut exemplum præbea-
tur, quamlibet vitium sit Papo-caesarista & quam infamibet insidias struat etiam
illis, qui frequenter allaborant in acquirendo & monstrando aliis vero ac unico bono.
Multum profecter ergo si distinctior ejus tradetur conceptus & differentia à Ca-
esaropapia. Mihi, talvo aliorum judicio sic videtur. Distinctissima & non compa-
binabilia officia esse Imperantium & Doctorum, Mosis & Christi, & ab aliis &
alibi fusis est monstratum. Imperium sine coactione non est; doctrina tan-
quam magnum amoris testimonium & beneficium coactionem omnem respuit.
Utrumque secundum si militeatur, alterutrum Vitiorum scep̄e dictorum evadat.
Papo-caesarista erit, si Doctores velint imperare, Cæsaropapista, si Imperantes velint
doctrinam gladio obtrudere. Nam si imperantes seposita coactione imperii do-
cere velint, id ad Caesaropapias vitium transferre nolim, nec exemplo Usus ex
Veteri Foedere illustrare. Ibi enim Sacerdotium Levitis proprium erat, & involan-
bat ad eum officium alienum Usus contra voluntatem Dei; at in novo foedere omnes
Christiani sacerdotium spirituale gerunt, adeoque & Reges. Ut de ea questione:
an Sacerdotes & Ministri Ecclesie æquipollant? jam nihil dicam. Arma tempora-
lia sunt, principibus commissa, ad reprimens hostes seculi, & coercendos eos, qui
perturbant tranquillitatem externam. Docentia arma debent esse spiritualia, &
spiritum diversus longe à spiritu Eliz. Non peccarent ad eum imperantes
donec docendi instruti, si ab imperio transirent ad doctrinam; peccarent omni-
no ministri Ecclesie, si a doctrina transirent ad imperium, tantum abest ut conjunge-

ze imperium humanum doctrinæ licet. Vos non sic. Moses officium suum dæponere potest, ut Christo fiat locus. At Christus non affectat principatum Mosis, nec ejus assistentia aut miraculis Mosis opus habet. So ipso testantur se carnales esse, destitutos armis spiritualibus, quando brachium seculare in rebus spiritualibus implorant, & ab eo suppetias petunt. Non male Lutherus illo tempore, quo spiritus ejus intervalla heroica habebat, Evangelium non opus habere defensione Electoris, quin potius per id defendi regiones Electoris.

Quamvis vero aperta hæc sint & evidenter, quamvis quilibet invitium Cæsaro-papiz & Papo-Cæsaria invehat, nihil tamen utroque sic perspicue exposito frequentius esse etiam in territoriis Principum Protestantium, facile patet, si quis saltem id cogitet, quam firmiter plerisque Principibus à Clero persuasum sit, non tolerandos esse dissentientes in rebus fidei, hæresi esse crimen, hereticos esse brachio seculari persequendos. Habemus proli dolor inter nos frequentia satis exempla inquisitionum plus quam Hispanicarum, & eorum omnium, que pro stabilienda Cæsaro-papiz & Papo-Cæsaria invenit Jus utrumque Clericale & Justinianum & Canonicum, in juncta hie disputatione latius deducta. Habemur Laici, sequi ut in Papatu, pro canibus, & porcis, si non adorare velimus libellos Clericorum, & lingere eorum spuma. Forte id nondum nolis dicitur. Sed quid opus est verbis, ubi rerum testimonia addunt? Ino nec verba desunt. Ostensum alibi, & incredulisi, qui oculis apertis non vident, ostendetur alia occasione, vel ex sola prefatione Formulae Concordiz, quam aperte stabililitur ibi fides Carbonaria, & quam clare Laici omnes i. e. Principes, Aulici, Milites, Eruditi, Nobiles, Ignobiles, JCti, Medici, Philosophi, Studiosi, Mercatores, Opifices, Rustici, & sexus secundum in universum saltem non habeantur pro truncis & stipitibus. Sed Veritas Odium parit, hæc Veritas parit odium, quo non gravius datur in mundo, tujuus liberationem speciatim petere solebat Philippus; odium, quod precibüs publicè exercitare solent olores, ut Deus eos repleat odio dissentientium, odium, ut paucis multis amplectar, infernale. Sed veritatem qui amat, odium istud non curat, tuncus clypeo veritatis ipsius. Amat olores, & fontem amoris orat, ut ipsum replete amore horum oolorum, rogat ut ipsos illuminet, quo misericordiam suam agitant; & ut condonet furorem, quem nesciunt furorem esse, sed habent pro Zelo divino. Interim contumelias eorum & calumnias spernit, sed absque ambitione, negligit, sed absque negligentia. Si opus fit, duabus verbis monstrat falsitatem imputatorum crimini. Monuerunt me sepius amici, ut Clerico Dantiscano, in scripto publico me perjurii & apostasiz accusanti, responderem. Sed quid opus responsione in mendacis apertis? Defensione indigemus & excusatione, si indicia adhuc sunt suspiciones rei turpis, cuius acculcamur. Ego perjurii sum? qui nunquam per Dei gratiam juravi in illum libellum Clericalem: Quid si jurarem, ex ignorantia & bona fide, alio argumento liberarem me ab impacta perjurii calumnia. Jam eo non est opus. Qua fronte me vero Apostamat dixerit, ignoro. Vivo in secula, in qua natus & educatus sum, nec unquam ad aliam transi. Scio non paucos Clericos optare ut transirent, & possem historiam narrare, folli-

soliciteſſe quodam ex Clero Lutherano, (quis putaret!) Virum Illuſtrem ex Religione Reformata, ut mihi perſuaderet, quo ad religionem reformatam tranſirem. Sed nolo riſum excitare narrando, quām facetē impudens hoc petiūt fuerit rejectum. Ergo huius quidem convictiori nihil aliud repono, quam ut preter feriam agnitionem impudentiz, & paenitentiam qd̄ infamia & enormia criminis, quæ vel ſola publicatione itinerari famofiſtiani publicè committat.

Videbatur obtrectorat alius iſque anonymous fuſori reſpoſione dignus; qui ſub titulo *repetitionis doctriṇa orthodoxa de fundamento fidei omni id egerat*, ut ex diſputatione ſuperat, *An heres ſit crimen?* me argueret, quod decia naiverim à ſimplicitate huius, ut Spiritum Sanctum quaſi correcturus apertissimā scripture dicta evertetem & aliud Evangelium praedicarem; quod ſim inflatus, nihil ſciens, ſed inſaniens circa sermones ac verborum pugnas. iſq; ſeyt th, *meinen Gedanken erſoffen / das th niemand achtet;* quod euident Zelo repugnandum fit ſententia mea, quod fides ſit amor, quo rejiciatur tentatio Pon. tabiorum de justificatione ex operibus; &c. Et videbatur quidem reſpoſionem eo magis defiderat illud scriptum; quod autor in eo affectaret ſingularem manvetudinem ac pietatem, (ſi modo imputations modo dicta ſtare potest cum mansuetudine ac pietate) & quod aded multis videretur: alium latere autorem, quam qui revera id ſcriperat. Posteaquam vero inſtituit, autorem esse virum, qui jam latiſ ex aliis operibus carnis notus eſlet, & qui jam alia occaſione, magnā quidem opere, ſed fruſtra quaziferat, in clareſcere ſimiili ſcribendi geaſere, non una mibi fuerunt cauſe, quod & hac parte monitum amicorum negligendum censuerim. Tria enim pricipia ſunt calumniarum genera quibus me perit occultans ſe ille hostis, 1. quod aliud fundameſtum justificationis ponam, quas merita Christi, 2. quod fidem pro amore habeam, 3. quod injuria affectum Apologiam A. C. quod dixerim, eam de fide intellectuali tanquam loqui, quia videlicet decreverim, Lutheranam Religionem & Libros Symbolicos accuſare & rejicere. Sed quid hic verbiſ eſt opus: ubi ipſa diſputatio, & ipſa ſana ratio me defendant. Nam 1. dum fundameſtum fidei mea dixi eſſe amorem Dei & odium ſuī ipſius, non potui, ut ipſe contextus totius paragraphi ostendit, loqui de fide justificante, & de fundamento justificationis, ſed aperte loquutus sum de fide, quaſenam confessionem de Symbolo vel Systemate denotat, cujus articuli dividuntur in fundamenteſtales & non fundamenteſtales. Et evidens eſt ſenſus dicti mei: quod in mea fidei confeſſione centrum & norma omniam controverſiarum adeoque & fundamenteſtaū & finis, ad quod omnia referti debent in confeſſione fidei, sit amor Dei & odium ſuī ipſius, ita ut errores qui ab utroque vel alterutro horum abducant, pro fundamenteſtaib; & peticuleſtaib; habeam; eos vero errores in confeſſione fidei, qui ab amore Dei non ſeducant, nec odium ſuī ipſius impediunt, uno verbo, qui non avertant nos a viva cognitione mysterii voluntatis divina, etiamſi errant circa varia myſteria eſcūtiaz divina, utpote imperſcrutabili & omnem intellegitum, etiam illuminatum ſuperantia, me pro fundamenteſtaib; & periculoſis non habeo, eſi viſeiam ſorū omneſta Cletuta, & Print.

op̄es

tipes ab iis seductos iahos errantes tanquam infames ac pestis mox hereticos favire. Id vero, credo, ne quidem illas philosophiae syro à me postulabit, ut tempus perdam collectione infinitorum locorum ex lexicis, metaphysicis item, & scriptis ipsorum me Theologorum nostratum, suam & normam ac in genere omnem propositionem primariam alicujus disciplinæ aut systematis teste dici fundassentum. Denique sophismata & contradicitiones ab autore in singulis serè lineis & paginis hic commissas ostendere velle cui usui? Periti jam vident. Imperitis parum prodebet. Minime omnium ipsi Autori, utpote quem ex variis argumentis cognovi, esse inemendabilem, postquam seris adhortationibus non est emendatus, quas ipsi dederam in aliquot literis ad ipsum alii occasionibus scriptis, quas utique simul publicare debuisset, si sinecere voluisse narrare historiam controverzie alterius inter nos actitatem. 2. Quod fides sit amor (etsi non omnis amor sit fides) omnes evidenter agnoscunt, qui, vanissa philosophia gentili, & corda propria & scripturam sacram scrutantur. Qui id negant, ante omnia rogandi fuit, ut omnem sapientiam hujus mundi abiciant, & ad notitiam seriem sui ipsius & humani generis atque ad fontem omnium sapientiarum vera transirent. Hoc ab ipsis non impetrato fructu erit omnis disputatio. Et jam vetus est illa controversia, ac in Reformatorum secta jam inter Gisbertum Voetium & Coccejianos anno hujus seculi 76. publicis in scriptis ventilata. Præprimis quidam Cephas Pistophilus eruditum scriptum, qua sententiam Theologorum Veterum & Recentiorum de amore in Fide exponit, tum edidit, quosnam adversarium unum remitto. Si Paulum Augustinum præferret Antagonistam, rogarem, ut diligenter expenderet verba Pauli: *Charitas credit omnia, speras omnia.* Nunc cum probabile sit, majorem apud ipsum etiam, ut apud alios communiter, esse Abdicationem Augustini, audiat hujus sententiam. *Credere in Domum est credendo amare, in eum ire & membris ejus inseparari.* Fides est cognitio, per quam non querendo volitamus, sed inbarendo diligimus. Averius hunc ergo & adversus Paulum veritatem haereticum eundem Zelum suum, quo erga Pontificios uti vulnus. Opes vero carissimæ Patriz, ut hic scriptor nuncquam occasionem habeat Zelum suum erga præsentes Pontificios offendendi, sed semper contra absentes. Vereor enim valde, ne, si contra præsentes Zelo opus sit, ex hoc Zelote fiat Gaal. Jud. IX. 29. 38. Vereor valde, ut armis instructus sit, quibus adversus hostes præsentes opus est; cum è Icholisi prodierit, quia, more Potifciorum, docent adversarios ante fugare, quād adversus eos pugnetur. Si genuino Zelo instructus esset, cur non suo Zelo uititur adversus me præsentem? cur non hic venit & cum antiquis amicis consilia caput me haereticandi? cur non publica mecum collatione ostendit, Thomas suum esse tantum haereticum, cui eodem Zelo resistendum sit, quo liberente refutare vult Clericos Zelotes Pontificis? cur non acceptat invitationem meam publicam aliquoties iteratam, & honestissimas conditiones ibi positas? His autem conditionibus neglectis mihi non vertetur visio, & similiter schedas, adversariorum sim neglecturus atque hostem timidorum, & qui malunt infidiles ostendere, aut in absentem calumniari, quam cordate pugnare & sincero ore veritatem tueri.

(o)

seri. **Obsticatus ero ut amico maximo, qui mihi sincere ostenderit, me quid docere, quod turbat quietem publicam, aut quod repugnat sacris literis.** Sed præter rationem & SS. literas nullum alium libellum admitto, minimè vero omnium à Clero consecutum & conscientiis Lætorum obtrusum. Volo jure nati, que Lutherus usus est, quod non potest denegari ulli homini. Symbola & Libros Symbolicos, quæ confessiones sunt eorum, qui consecrunt, non odi, sed quæ normæ esse debent conscientiarum aliarum & judices controversatum, omnes non odi quidem, sed horreo. & si opus est, ad juramentum perhorrescentia me offero. Quod vero in disputatione illa (3) Apologiam A. C. injuria afficerim, nemo dicit, qui verba mea curatus penitaverit. Dixi: textus, latinum & Germanicum non correspondere & verba esse dubia, & variantia, ut nos sis spemiser, pessimus, utrum de fide intellectuali loquatur apologia, an de fide cordis, qui sine amore esse nequit. Adversus istam doctrinam parum aut nihil facit, quod VELLE & ACCIPERE arox sequatur in Apologia. Vidi ista jam illo tempore, dolosè non omisi. Sed ea non tatissecerunt; Jam per aliquot secula Clerus voluntatem & intellectum misere adsvetus est. Jam Justiniani temporé illi, qui credebant, veras esse formulas à Clero prescriptas, quod intellectus est opus, dicebantur sequi Dei omnipotentis auctorem, quod voluntatis est *L. 19. C. de heret.* Non sufficit ex mea sententia ad veram fidem, VELLE ACCIPERE, quod Deus offert, sed cuor Auguſtino, velle inharere Deo. Quid putat Repetitor? VELLE MEDITARI pertinet ne magis ad intellectum, an ad voluntatem? Quid putat: VELLE speculari diuinas sponsæ, VELLE caset ut ACCIPERE oblates a sponsa; inq DELECTARI iudem, & FIDUCIAM ac SOLATIUM in iis ponere: quid putat inquam? Videt metus actus voluntatis in maiusculis literis hic expressos. Jam dicat: an it actus omnes connotant Fiduciam & Amorem Sponsarum vere fiduciam & auctorem divitiarum seu avaritiam? Discat ergo Repetitor, ad eruditam objectionem non sufficere impressionem literarum maiuscularum, sed ultra quid requiri. Sed quid moror? Etiam cauas omittenda responsio resensendo puto, obrectatori satis responsum esse.

Quamvis forte autoritate paterna idem adactus sit ad scutum hunc edendum, et praefexxum haberet aliquem Papa Lipsiensis, disputationem meam, quamvis tardè nimis & distractus jam plerisque exemplaribus, confiscandis Gratias ei & pro hac iniuria ago publicè, & gloriæ id mihi duco, at rogo enixè, velit & præsentia scripta quam certamine confiscazione dignari. Nam confiscationes ab ipso & sociis impetratae aut justæ testimoniis sunt publicæ, multum veritatis talueris, preprimit malicias regni tenebrarum detegentes, libris his fisco addictis inesse. Ex Magistratu utbis, cuius nomen in confiscationibus simul adhibetur, plerosque exceptis paucissimis, (prædictores enim diabolus esse negavit,) facile excusatos habeo, cum mihi probè sit cognitum, eosdem sub iugo hoc Clericali jam dies gemere, atque ut tandem aliquando ab eo liberentur, & eorum status motetur, sed in melius, animitus appreco.


Atque haec hactenus adduxisse, non inconveniens credo erit ab instituto, quos causa calamum suscepit. Subiunxit enim in disputatione illâ, quæ lapis offendit,

sionis fuit, respondentis vice Nobiliſſ. atq; Consalitissimus JOHANNES CHRISTOPHORUS Rube / Advoc. Duc. Sax. Salfeldensis, qui jam programmate hoc secundum statuta Facultatis nostrae commendandus est. Natus est Ebræ superiori propè Sonderhusam die 19. Novembr. 1665. Patre Viro Reverendo, JOHANNES CHRISTOPHORO RUBIO, Pastore superiori & inferioris Ebræ vigilius, Matre ANNA CATHARINA, nata Saarackeria. Ab his parentibus, qui adhucdum vitali aurâ fruuntur, nobis sub adjutorio preceptorum privatorum usque ad annum etatis duodecimum educatus, ac tunc in Scholâ publicâ Sonderhusanâ diligentius & fideliter Reſtoris, M. Conradi Duschellergii commendatus est, jam Northuſianum Pädagogium moderans. Vixit ibi, ut discipulus affidius & attenus, usque ad annum 14. seculi præteritus, ubi ex consilio Patris ac Preceptorum Scholam cum Academiâ Wittenbergensi commutavit, sumptibus studiorum suppeditante singulari munificentia Illusterrimi Comitis Schwarzenbergici, quam humillimâ recolit mente. Præmissis Wittebergæ fundamenis in Philosophia, sub informatione Excellentissimorum Professorum & Adjunctorum Clarissimorum, præprimis autem in studiis elegantioribus & Historicis diligenter frequentato Auditorio viri sui nonini SCHURZFLEISCHII, & Historiam Universalem, & Notitiam Imperii, & Introductionem ad Historiam exponebat, ad sacra Themidos transiit, & Magistricos Viros, ZIEGLERUM, HEBERUM ac BERGERUM publicè, privatim vero Excellentissimum BRENDELIUM, audivit, ac sub hujus potissimum manuductione cursum juris integrum absolvit, ac disputando etiam in Seruū Jus Romano-Germanicum Foreale & Schnobeli Dissertationes publicè parcer ac privatim se exercuit. Hinc ad Academiam Julianam anno 1687. migrare coepit, quod tunc quidem sibi persuaderet, gloriam & eruditio[n]is estimationem inde parari, si in diversis Academiis quis commoratus esset. Sed DEO aliter visum erat, cuius providentia factum est, ut Nostro ad tempore Syndicatus, qui Sonderhusiz vacabat, conferretur, atque thalamo jungeretur Virgo & forma elegantis & morum levitate praedita Anna Dorothea, Johannis Christophori Neysii, Camerarii & Sacri aratri praefecti ibidem filia, cum quā bacchus dulcisimum ac secundum conjugium expertus est. Eadem divinæ providentiaz adscribit, quod, postquam Sonderhusiz per quinquennium emunere illo fundus esset, simul vero desideria aliorum in judicio proposuiles Salfeldiam se contulerit, ibique in ordinem Advocatorum Principalis Cameræ & Praefectoræ d. 9. Aug. 1692. perficto juramento, clementissime receptus fuerit, atque per totum vice spatiu[m] se infinita alia divina benignitatis & Clementia signa expertum esse pia mente deprecabat, ut adeo, jam diudicatum divina[rum] directioni se tecum tradiderit, opera[rum] vero tuas utilitati aliorum destinaverit. Quibus expediens ut magis par esset, ex monitu amicorum mense Junio hujus anni accessit Amman Fridericianam, admissionem ad maiores honores ab iaclyta Facultate Juridicæ petiturus. Ut vero statutis statuerat, obtulit mihi Decano Disputationem pro Candidaturâ de Crimine Hæreſeos, ex qua eur saltem primariam qualitatem, an Hæresis sit crimen? in ordinem redigerem, causas dixi in Epistola

48(8)

dicte Disputationi subjuncta. Circa ea, quæ de crimine hereticos dicenda fu-
stabant, initio consilium dederam, ut illa thesibus brevioribus de crimine Hære-
ticis includeret, sed paulo post mutavimus sententiam, atque svasi, ut omnis ma-
teria meditationi de Jure Principi circa Hæreticos justè disposita interatur, ita
quidem, ut tribus omnino capitibus discursus totus abolvatur, quorum pri-
mum agat de Jure Principi circa hereticos, ex hypothese Juris Clericalis, deduc-
tum ex utroque Jure, Civili & Canonico; secundum de Jure Principi Evangelici
circa Hæreticos, derivandum ex Verbo Dei, novi potissimum federis; ter-
tium, de Jure Principi circa Hæreticos secundum Praxim in territoriis Principi-
pum Prosternitum receptam, excerptum ex Autoribus Practicis & Actis publi-
cis. Nolui tamen Clarissimo Candidato permittere, ut omnia tria capita elabo-
ret, sed monui, ut theses bseiores circa primum saltem conscribe-
ret, ne videlicet ex posterioribus duobus Hæreticis, qui veritatis propagatio-
nem paci nequeunt, occasione maiorem nanciserentur, trifius quid in ipsum
tanquam in hæreticum statuendi. Ergo posteriora duo nisi soli, persecutio-
nam Clericalium jam adsveto, reservavi, edenda per modum supplementi, quam
primum Deus vires concesserit. Sic nata est præsens Disputatio inauguralis, cras pu-
blicè habenda, postquam Nobilissimus Candidatus in utroque examine cum se
præstitit, quem non indignum judicaret Facultas nostra, ut hanc licentiam in-
dulgeret. Huic vero Disputationi ut Magnificus Academiz Protector, atque Il-
lusterrimi, Illustres, Excellentissimi, aliquique titulis insigniti Academie nostræ
Patroni, Fautores, Professores, Cives, frequenter interesse velint, eâ, quâ pat
est, humanitate oro, vicissim omnia officia atque inserviendi, promptitudinem
omnem pollicitus. P. P. d. 10. November. 1697.

HALÆ , Litteris SALFOLDIANIS.



B. C. D.

DISSERTATIO JURIDICA,
JURE PRINCIPIS CIRCA
HÆRETICOS.

CAP. I.

*De jure Principis circa Hæreticos ex hypothesi
juris Clericalis.*

SUMMARIA.

*Definitio hæreticos ad ipsam tractationem necessaria n. 1. communis ta-
men obscura est. n. 2. Hæresis in sensu scriptura quid denotet.
n. 3. Querela communis de imperfessione definitionis hæreticos
communis. n. 4. Dissensus nostratuum de intellectu fundamen-
ti fidei in definitione hæreticos n. 5. 6. 7. 8. Novissima non-
neminis definitio hæreticos rejicitur. n. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
Transit ad veram & perficuam defin. & onem hæreticos juridicam.
n. 15. Exstat ea l. 2. C. de hæret. n. 16. in qua explicantur ter-
mini dubii per equipollentes, n. 17. 18. ejusque paraphasis ex-
hibetur verbis clarioribus. n. 19. Cleri & Laicorum definitio
genuina. n. 20. 21. 22. Definitio Justinianea hæreticos clarior
& magis adequata est definitione Juris Canonici n. 23. Clerus
in Syllogismo hereticali & majorem format & minorem n. 24.
Quid denotet; vel levi argumento dissentire, in definitione
hæreticos, n. 25. 26. 27. 28. Non excluditur per illa gravis dis-
sentius; qui describitur & exemplis illustratur. n. 29. 30. 31.*

A

Quo-

2 DE JURE PRINCIPIS CIRCA HERETICOS

Quomodo facilimè ex orthodoxo possit fieri hereticus vel contraria. n. 32. Heresis regulariter à Clero oritur. n. 33. 34. Contradicetur definitio hereticos in summam, quod sit dissensus à religione dominante n. 35. Et quod ejus oppositum orthodoxia sit religio dominans. n. 36. Declaratur, quid sit religio dominans n. 37. 38. Possunt duas religiones dominantes esse in una rep. item una religio diverso respectu & orthodoxa esse potest & heretica. n. 39. 40. Causa efficiens principalis hereticos est Clerus, instrumentalis brachium seculare. n. 41. Secundum principia juris Clericale non datum quis principis erga hereticos nisi à Clero dependens. n. 42. Ius Clericale est vel Justinianum vel Canonicum. n. 43. Origo Conciliorum est intentio hereticandi n. 44. Definitur Concilium n. 45. Primum Conciliorum omnium fuit Nicenum n. 46. Consensus Apostolorum A.D. XV. non recte concilii annoveratur n. 47. Quid juris lateat sub autoritate Imperatoria insuita conciliorum. n. 48. 49. 50. 51. 52. Aliquando tamen extrà Concilium à Clero heretici effecti n. 53. 54. Penae hereticos vel Ecclesiasticae sunt vel civiles. n. 55. 56. Excommunicatio tota ratione efficiuntur civilia est n. 57. Hereticis non servanda fides. n. 58. Excluduntur heretici à dignitatibus, n. 59. à jure coniubiali, n. 60. jure patrio & filiationis, jure item testamentario. n. 61. Libri hereticorum comburendi & lectores eorum ultimo supplicio puniendi n. 62. Bona hereticorum confiscantur n. 63. Excluduntur heretici à jure communii & beneficio processus judicialis n. 64. Puniantur varie vivi & mortui n. 65. Artes Cleri, quibus à brachio seculari leges istas extorserunt, (1) Persuasio de privilegiis Cleri pra Laici, quod Clerus solus sit fons electio Domini: n. 66. quod Clerus sit maritus Ecclesie & spiritualis pater: n. 67. quod Clerus solus intelligat mysterium regni DEI, Laici vero Clericos non credentes sine canis & porci: n. 68. quod Clerus debeat prescribere Laici normam credendi: n. 69. quod Laici non debeant convenire ex desiderio intelligendi scripturas, nec predicare: n. 70. quod Clerus non debeat corrigi à Laico (ubi non obicit, astinam Baliamini pertinere ad fratres Cleri.)

D. 71.

n. 71. quod Laicus non debet disputare de fide à Clero prescripta, n. 72. multo minus cum heresio n. 73. (2) ex priore persuasione profuentes doctrina varia de heresi, quod hereticus sit omnis, qui à Clerico pro tali declaratus est, n. 74. quod crimen heresios sit merè Ecclesiasticum, in quo Laicus gloria saltem parendi sic reliqua: n. 75. quod excommunicatio clericalis sit Apostolica & à Christo ipso introducta: n. 76. 77. 78. 79. quod fides & Christianismus Laicorum consistat in defensione & veneratione Cleri: n. 80. quod ad Principum officium pertineat docere populum ex prescripto Cleri, n. 81. & quod hoc modo possint in legibus ex arbitrio injungere penas divinas, n. 82. item, quod vitam aeternam consequantur ex sola persecutione hereticorum: n. 83. quod unicum sit viceum, esse hereticum, & unicavirtus, hereticos persecuti: n. 84. quod illud viceum nullum bonum opus nec martyrium possit extingui: n. 85. quod omnis hereticus sit consors Diaboli: n. 86. (Origo vivicomburii hereticorum n. 87. Fraus Cleri omantis magistratum, ne sanguinem heretici effundat n. 88.) quod heresis sit crimen gravissimum n. 89. 90. 91. Denique quod remedium adversari heresim sit instrumentum religionis n. 92,

§. 1.



On poterimus de Jure Principis circa haereticos tractare, si non exactè sciverimus, quid sit haematicus. Id autem scire non possumus, nisi sciverimus, quid sit heresis.

S. 2. Sed definitio communis heresios, quod heresis sit error in fundamento fidei ejus, qui est aut fuit membrum Ecclesie Christianæ, obscurissima est, (4)

§. 3. In sensu vero scripturæ heresis vel denotat id, quod hodiè heresi adversum & contrarium est, quod liceat heretificium appellare, (b) vel si pro errore sumitur, denotabit errorēm du-

A 2

centem

(a) *Diximus in Disput. an heresis sit crimen?* §. 4. 5. 6. 7. (b) *vid. dict. Disput. §. 8. p. 25.*

centem per se ad facienda opera carnis , adeoque directò abducentem à verâ & æterna hominum salute , beatitudine & felicitate , h.e. tranquillitate animi , quæ consistit in unione spirituali cum DEO. (c) Sed neque hæc etiam significatio est ad palatum Jurisprudentiz Ecclesiasticz.

§. 4. Multa de difficultate hæreticum definiendi conquessti sunt Patres Ecclesiaz , conqueruntur hodiè passim Theologi . Tertulliani , Augustini , Irenzi , Justini Martyris , Horneji & G. Calixti sententias de notis hæretici examinarunt jam alii , contendentes per horum enunciata hæreticum plenè & perfectè definitum non esse. (d)

§. 5. Nostrates communiter volunt , errorem hæreos debere impingere in fundamentum fidei. Cum vero in ipsa fundamenti voce lateat ambiguitas , ut eam tollerent alii , errorem circa fundamentum fidei exposuerunt per errorem circa symbolum Apostolicum. (e)

§. 6. Sed cum hæretici venena sua sub sacrâ scripturâ occultare soleant , multò magis ea occultabunt sub isto Symbolo , (f) ut taceam , quod jam ab aliis fuit oppositum , hoc pacto Socinianos , Arrianos , Anabaptistas , David Georgianos &c. non fore hæreticos , (g) quod tamen est contrà praxin Jurisprudentiz Ecclesiasticz.

§. 7. Sentientes hoc aliqui explicationem explicationis addunt , errorem circa Symbolum Apostolicum esse errorem circa genuinum & catholicum Symboli istius sensum. Cum autem expositio hæc novâ expositione opus habeat , addunt , genuinum & Catholicum Symboli Apostolici sensum esse , si juxta phrasin & ductum Symbolorum Nicæni & Athanasiani , ac juxta Ephesinaz & Chalcedonensis Synodorum sententiam , nec ullo alio sensu accipiatur & intelligatur. (h)

§. 8. Hic

(c) Conf. II. Petr. II. v. 1. 3. 12. seqq. Jud. v. 3. 8. 10. 11. 12. 13. 16. 18. 19. (d) Fr. Ulr. Calixt. Tr. de baref. §. 142. seqq. p. 167. seqq. (e) F. II. C. d. l. §. 55. seqq. p. 14. seqq. (f) Conf. Calixt. d. l. §. 63. p. 47. (g) Calixt. ibid. §. 64. p. 48. (h) Cal. ib. §. 63. p. 47.

§. 8. Hic vero opponent haud dubiè alii, ita pro hæreticis non fore habendos Pontificios; ita nec Pontificiis Lutheranos & Reformatos fore hæreticos; ita non fore hæreticos omnes illos, quos notat Formula Concordia.

§. 9. Videmus, novissimè post multum laborem istam tradi hæretici definitionem: Hæreticus est Christum professus, qui in Symb. Apost. contentum fundamentum impingit, aliquem ejus Articulum negat, & spretâ omni saniori informatione, fideliter quamvis monitus, & de errore convictus, pertinaciter tamen resistit, hæresin cum obstinata animi pervicacia tuetur, atque ad finem usque vita in eâ perseverat. (i)

§. 10. Hic, ut multa taceam, nemo poterit ante mortem judicari hæreticus, quia ante mortem nemo potest dici, quod ad finem usque vita in pertinaciâ perseveraverit, quod tamen ponebatur, ut nota hæretici. Quamdiu enim quis est in viâ ad hæresin, nondum est hæreticus, atque adeò pro fratre, quantumvis periculosè is erret, habendus. (l) Hoc vero pacto non poterit unquam aliquis ut hæreticus excommunicari, quam tamen poenam hæreticorum defendit & approbat Autor definitionis illius. (m)

§. 11. Quin necipie Autor magnam fiduciam in illâ definitione ponit, cum disertè fateatur, eam non esse definitionem omnibus numeris absolutam & perfectam, sed generalem potius descriptionem, quam definitionem, pariter ac alias hæreticorum ac hæresium definitiones ab aliis traditas (n). Quod confirmat valdè ea, quæ de obscuritate definitionis vulgaris hæreseos jam diximus. (o)

§. 12. Pariter, cum, quod in communi definitione hæreseos de errore hæretici circa fundamentum dicitur, ab aliis explicetur de errore circa Symbolum Apostolicum, ab aliis de,

A 3

errore

(i) Ita Cal. d. l. §. 150. p. 115. seq.

c. 3. §. 21. p. 300.

(n) Calixt. de heret. §. 153. p. 117.

(l) Calixt. de pen. heret.

(m) Cal. d. C. 3. §. 15. seq. p. 295. seq.

(o) In Differt. an
heresis sit crimen?

errore circa Symbola Conciliorum oecumenicorum, (p) id confirmat, quod ibidem diximus, obscurum esse in definitione hæreticos terminum fundamenti fidei.

§. 13. Neque tollitur ista vocis obscuritas, si quis fidei fundamentum definire velit, quod sit DEI misericordia in Iesu Christo scripturæ Verbo patefacta, non exclusis divinæ essentiæ mysteriis, quæ & quatenus clarè sunt revelata, atque adeò agnoscendi possunt. Ut enim multa, quæ hic circa vocem: *non exclusis &c.* dubia sunt, omittam, inter hæreticos & orthodoxos communiter litigatur, an divinæ essentiæ mysteria in hoc vel illo dicto sint clarè revelata, & an secundum hunc vel illum sensum, sint agnoscenda. Est enim obscura definitio, quæ rem obscuram non reddit clariorem. Non vero reddit clariorem, si ex definitione applicationes contradictoriz ad definitum fieri possunt. Ut taceam, non confundi debere fundamentum fidei in articulo speciali de justificatione, cum fundamento fidei in omnibus articulis, quatenus fides sumitur pro confessione symbolica.

§. 14. Id meretur non taceri, si error circa fundamentum fidei exponentius est per errorem circa Symbola quæcunque, fundamentum fidei non ponit in scriptura, sed in Symbolis, adeò que iterum hinc valde papizari vel potius Justinianizari. Nam disertè Justinianus (q) profitetur, se quatuor Conciliorum Oecumenicorum dogmata sicut sanctas Scripturas accipere. Nisi quod Justiniani confessio sit sincera & aperta, Hæretices vero sententiam suam de fundamento fidei in symbolis consistente occultare studeant, vel verbis strenuo profitentes, scripturam solam esse normam & fundamentum fidei, vel distinctionibus quibusdam obscuris & nihil significantibus inter normam primariam, & secundariam similibus; lectoris, præjudicio autoritatis occupati, intellectum obnubilantes.

§. 15. Ergone nihil dicemus de jure Principis circa Hæreticos, quia ignoramus, quid sit Hæresis? Dicemus utique, si modo perspicue & palpabiliter ostenderimus veram hæreticos definitio-

(p) vid. §. 5, §. 7.

(q) Nov. 131. c. 1.

definitionem. Est autem vera hæreſeos definitio, quæ ſenſibiliter & faciliſimè potest applicari ad omnes caſus, qui haec tenus con-tigerunt, ubi de jure Principis circa hæreticos quæſitum fuit. Ergo litigent Theologi, litigent hæretices inter ſe quamdiu velint, quid fit hæreticus, nos in re Juridicâ quæremus defini-tionem Juridicam.

§. 16. Ajunt Imperatores, Gratianus, Valentinianus & Theodosius (r) Hæretorum vocabulo continentur & latius adverſus eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui vel levi argumento à judicio Catholica religionis & inmixte detrecti fuerint deviare. Perſpicua eva-det mens Imperatorum, ſi ſingulas definitionis voceſ expoſuerimus.

§. 17. Religio hic ſummitur pro fide, (s) fides pro confefſio-ne. (t) Catholica eſt, quæ debet omnes ſubditos obligare, (u) Trames eſt norma, ſymbolum, liber ſymbolicus, &c. (x) Ju-di-cium vero idem hic eſt ac trames.

§. 18. Quemadmodum autem Imperatores judicium ſum-mum in rebus Fidei tribuebant Clero (y), & ipſa Symbola Cle-ri-um autem agnoscunt, ita patet, quod deviare à judicio Ca-tholica religionis fit deviare à ſententiâ Cleri (z). Deviare autem denotat aberrationem eorum, qui in eadem viā ſunt.

§. 19. Erit ergo hæreſis diſſenſus etiam leviffimus eorum, qui unius ſecta inter Christianos ſunt, à judicio Cleri & libris Symbolicis ab ipſo, ut ſint norma fidei aliorum, confectis (a).

§. 20. Cle-

-
- (r) L. 2. C. de baret. (s) L. 1. pr. C. de fide Catholica. l. 3. pr. cod. (t) d. l. 1. pr. de Fide Catholica. l. 7. §. 4. in fine. L. 8. §. 6. cod. (u) d. l. 1. pr. (x) l. 2. pr. cod. l. 7. §. 4. & 5. cod. d. Nov. 131. c. 1. (y) l. 4. C. de ſumma Trinitate. l. 6. C. de SS. Eccles. (z) l. 1. §. 1. C. de Sum. Tri-nit. Garboſr. ad d. l. 2. C. de baret. cap. 9. de hereticis. l. 3. §. 3. C. de S. Trin. l. 8. pr. & ſ. 1. C. de baret. (a) Gottoſfr. de b.

§. 20. Clerus est status Reipublicæ in Ecclesia, sub specie devotionis & cultus divini singularem affectans sanctitatem præ aliis statibus (b), & dominium prætendens in horum conscientias (c). Unde & idiome Germanico dicitur, die Geistlichkeit; item, Geistliche Väter (d) / Beicht-Väter &c.

§. 21. His opponuntur Laici (e), qui sunt status Reipublicæ in Ecclesiâ, sub mundana & parum Christianâ vitâ affectans majorem libertatem agendi præ Clero, & ut hanc obtineat, intolerabilem veris Christianis tyrannidem Cleri in conscientias patienter ferens. Unde & Germanicè dicuntur: Der weltliche Stand / item: Geistliche Söhne und Töchter (f) / item: Beicht-Kinder.

§. 22. Quamvis vero jus Canonicum Clericos & Laicos paulo aliter describat (g), nos tamen magis respeximus ad rem ipsam, quam ad Canones. Ostendit autem experientia, nec aliquius ex nostris negabit, convenire exactè definitionem Clericorum & Laicorum Clericis & Laicis in Papatu. Non magis ergo attentanda fuit in tali causa definitio juris Canonici, quam v.g. definitio Triboniana Juris Naturæ attenditur ab hodiernis scriptoribus juris naturæ. Definitiones enim non pertinent ad munus Legislatoris.

§. 23. Ergo quamvis Jus Canonicum paulo aliter ipsam, etiam hæresin & hæreticum definiat, (b). ipsi tamen Imperatores acu rem tetigerunt, dum in definitione suâ supra recentâ magis ad rem ipsam respexerunt. Unde id effecerunt, ut, cum Theologî magis respicientes ad obscuras illas juris Canonici definitiones hæreos, inter se miris modis de notis hæreos earumque applicatione ad casus obvenientes litigent, Jure Consulti perspicuum

(b) *Can. 1. init. dist. 30. can. 7. caus. 12. qv. 1.*

Summ. Trinit. d. l. 2. C. de bate.

(c) *l. l. pr. C. de*

(d) l. 42. §. 1. l. 48. C.

de Episc. & Cler.

(e) d. can. 7. caus. 12. qv. 1.

(f) d.l. 42.

§. 1. l. 48. C. de Episc. & Cler.

(g) d. can. duo sunt ge-

nera 7. C. 12. q. 1.

(h) Can. 26. 27. 28. C. 26. q. 3.

EX HYPOTHESEI JURIS CLERICALIS.

9

cuam hanc imperatorum definitionem sequentes, facillimè ean-
dem ad quosvis casus possint applicare.

§. 24. Clerus enim, ut formam credendi aliis prescribit, ita
& ipse determinat vel per concilia, vel per synodos, vel per con-
silia Academica, vel etiam per unius potentis in Clero (ut Ponti-
ficus,) declarationem, aut scripta, quod hic homo, aut hic cœtus
à fide Ecclesiaz, vel symbolo dissentiat. (1) Id est, non tantum in
syllogismo hæreticali majorem facit, sed & minorem; non
solum docet, quod hæreticus sit, qui contradicit libello Cleri,
sed & cum dubium est, an quis contradicat, nec ne, definit, quod
contradicat. Determinatio autem hæc palpabilis est & in sensu
incurrit.

§. 25. Nam sæpè evenit, ut tam levis sit dissensus à libellis
communibus Cleri, ut Laici non partiales vix illum sentiant.
Sæpè de literula est, vel voce, aut termino. Si tamen Clerus de-
terminaverit, hunc dissensum esse hæresin, habetur in Jure Ca-
nonico pro hæresi, id est, ex re levi secundum judicium Laico-
corum, sit crimen gravissimum. Unde dicunt Imperatores: vel
levi argumento.

§. 26. Exemplum præbet lis inter Arianos & orthodoxos
de voce ὅμοσι & ὁμοίωτι. Et hoc pertinet Epis-
tola Constantini M. apud Eusebium (i) ad Alexandrum &
Arium, ubi Constantinus dicit, eos unam eandemque de fide tenere
sententiam, ita ut facile possint ad ipsum communionis consensum ve-
nire, simulque dissensum utriusque dicit esse de inani quedam que-
stionis particula; esse inanem dissoluti otii certationem, de adeò parvia
exiguisque rebus, esse leviculam, esse fultam questionem & de re mi-
nimi momenti. Ita sentiebat Imperator Laicus. At postquam
Episcopi in Concilio Niceno rem aliter determinaverant, ex in-
ani illâ re, restanti momenti facta est, ut, qui salvus esse velit,
decretum illud pro vero habere teneatur.

§. 27. Posset etiam levitatem dissensus ita interpretari, ut
significet, quæstiones Cleri rixantis regulariter tales esse, ut,
B et si

(1) cap. 9, X, de heretico.

(i) de Vitâ Constantini lib. 2, c. 67.

et si prætendant, esse quæstiones Theologicas maximi momenti, & decisiones suas æquiparandas esse verbo DEI, revera tamen non plus inferant, quam applicationem temerariam terminorum aliquot Philosophicorum (sæpè ex Philosophia paganizante desumtorum,) ad mysteria fidei, quæ ideo sunt mysteria, quoniam philosophicè concipi nequeunt: aut torturam etiam verborum scripturæ ad hypothesisin aliquam Philosophiz cujusdam parum sanz.

§. 28. Paradoxum videretur, si assererem, à Constantini Magni temporibus usque ad tempora reformationis, quæstiones, quæ ad fidem Catholicam pertinere dictæ sunt, & quæ hæreses pepererunt, omnes ferè fuisse purè philosophicas, magnam partem metaphysicas ac Logicas, adeoque tot hominum myriades non ob causam DEI, sed ob Metaphysicam Aristotelis, aut Platonis, fuisse trucidatos, relegatos &c. Interim paradoxo illo nihil verius. Lege absque præjudicio panarium Epiphani: Lege Historiam conciliorum. Computa lites in illis de terminis *essentia*, *persona*, *hypostaseos*, *natura*, *substantia*, *proprietatis* &c. Considera, de quibus rebus anathemata dicta sint, v. g. de iis, qui statuunt *antipodes*, qui docent, *terram moveri circa solem*. &c.

§. 29. Non tamen ea intentio Imperatorum est, ut docere velint, semper levem esse dissensum in causa hæreseos: sed sufficere saltem rel levem dissensum ad irritationem Cleri, ut aliquem hæreticum declareret. Nam sæpè gravis dissentendi ratio subest, ut, cum multi testes veritatis ante reformationem de tyrannide papali, de ambitione & avaritiâ Cleri testati, ac propterea inter hæreticos relatisunt: Quæ etiam dissentendi ratio subfuit in reformatione Lutheri.

§. 30. Fuit hic gravis dissentendi causa ex parte testium veritatis, quia veritates, quas defendenterunt, pertinuerunt ad reparationem salutis publicæ, valde turbatæ per tyrannidem Cleri in conscientias: Ex parte Cleri contra gravis ratio dissentendi & hæretificandi fuit habita, quod veritates illæ, ventres & capita, ac marsupia clericorum, & sic vitam clericalem peterent.

§. 31. Cum tamen non è refuerit, veras causas anathematum

tum Laicis manifestas facere, in Conciliis & libellis condemnatoriis *leves* illæ dissensiones Metaphysicæ, vel similes, *sub specie gravium causarum* fuere prætextæ, ut ferè & Reges seculi in Manifestis, quæ vocant, raro causas genuinas belli scribunt, sed prætextus.

§. 32. Quamvis autem Clerus semper clamaverit, unam debere esse fidem, ac unam religionem, unumque adeo symbolum, ostendit tamen historia, fidem Cleri ejusque *Symbola* infinitis modis *variisse*, adeo ut, ni fallor, Hilarius scripsicerit: olim Christianos fidem præstitisse, nunc cum nullam fidem habeant, eos nihil facere, quam ut fidem scribant. Observandum adeo, terminos hæreseos & hæreticorum variare pro diversitate Symbolorum, adeoq; facile evenire posse, ut ex orthodoxo fiat hereticus, vel contraria, non prout ipse, sed prout Symbolum variaverit.

§. 33. Scilicet origo dissensus, unde hæresis oritur, inter Clerum ipsum est, (?) Laici saltē postea sub promissione remissionis peccatorum, vel etiam *sub spe lucri temporalis*, in partes træcti sunt, ut brachium seculare assistat decisioni Cleri, eamque exequatur. Non tamen per istam executionem extinguitur hæresis, sed saltē reprimitur aliquo modo ad tempus, graviores vires sumtura suo tempore, quo magis affectus ebullire solent, qui violentiâ externâ impediti sunt. Manet enim alteri parti Cleri, pro hæretico declarati, altâ mente repositum judicium Paridis. Hinc operam dat, ut vel mortuo Principe, veletiam vivente adhuc, brachium seculare trahat in suas partes, & sic decreta, priorum, decreto contrario ac novâ hæretificatione destruat.

§. 34. Patet res vel ex exemplo & historia Arianismi, & Conciliorum Nicæni ac subsequentium: Modo enim Clerus Ario adhærens, modo factio Alexandri alteram partem declarabat hæreticam, prout modo Imperatores huic, modo illi favebant existebant. Et docet vita Constantini, tam misere hunc

(1) Est pulcher textus in L. 15. C. de Episc. & Cler. ubi glossa vocem *clericos* exponit, *scis hæreticos*. Conf. can. Transferunt 33. C. 26. q. 3.

Principem Cleri astu fuisse deceptum, ut, quamvis Catholici communiter de ejus assensu gloriari soleant, justissimæ tamen subsint rationes suspicandi, eum, ut Arianum, fuisse mortuum. Quamvis non negem, eum ipsum ignorasse, quis & qualis eset. Ita subtilitatibus Metaphysicis utrobique doctrinam fidei obscuraverat Clerus, ut Laici tricas illas non intelligerent, nec quærebaratur amplius de Christianismo & sensu Scripturæ sacræ, sed de sensu Symboli Nicæni, quod norma scripturarum factum erat.

§. 35. Quodsi ergo dicta de juridicâ definitione hæreseos in summam velimus contrahere, convenientissimè dicere poterimus: **HÆRESIN esse DISSENSUM A RELIGIONE DOMINANTE.**

§. 36. Et cum oppositorum opposita fit ratio, hæresi vero unanimi consensu opponatur orthodoxya, (m) & Catholica religio, simul perspicuum erit, orthodoxia non meliorem posset tradi definitionem juridicam, quam, quod **ORTHODOXIA SIT RELIGIO DOMINANS.** (n)

§. 37. Et iam adeò nihil restat, quam, ut religionis dominantis vocabulum ab omni ambiguitate liberemus. *Religio dominans* non est, cui Princeps, aut major pars populi addicti sunt. Posset enim Princeps, aut major pars populi, religioni alicui addictus esse, ut subditis tamen, aut minori parti populi relinquatur libertas sentiendi; tum neutra religio erit dominans, neutra hæretica, neutra orthodoxa in sensu Juridico.

§. 38. Requiritur ergo ad religionem dominantem, ut ejus Clerus velit dominari in conscientias, & habeat intentioni sua inferviens brachium seculare, vel Principis, vel majoris partis populi. Hoc est, ut & intentionem dominandi habeat, & vires.

§. 39. Poterit ergo contingere, ut *dye*, vel *plures religiones dominantes* sint in unâ Republica, si videlicet plures diversi cœtus sint, quorum singulorum Clerus velit conscientiis aliorum imperare, & potentiam seculari sit suffultus. Tum ergo non mirari debebis, si singule diverso respectu simul sunt hæretica & orthodoxa.

Ortho-

(m) *I. i. C. de heret.*

(n) *I. s. §. 1. de Sum. Trinit.*

EX HYPOTHESEI JURIS CLERICALIS.

13

Orthodoxæ, quatenus dominantur, & una alteram persequitur: Hæreticæ, quatenus inter se dissentunt, & una ab alterâ patitur.

§. 40. Ut vero hoc non potest non turbas multas dare in Rep: ita, si per pacta pacis Laici tolerantiam mutuam stipulentur, murmurante contra clero, pro orthodoxis singulæ habentur in sensu Juridico. In sensu Clericali vero singulæ orthodoxæ sibi erunt, hæreticæ Clero alteri.

§. 41. Patet vero ex dictis, quod *causa efficiens* hæreseos, & que principalis, sit Clerus, Brachium vero seculare sit mera causa instrumentalis. (o)

§. 42. Ergo secundum principia Juris Clericalis nullum jus Principi erga hæreticos competit, nisi à Clero dependens. Unde in hoc capite saltem videndum, quid Clerus, Principem jure circa sacra spoliants, in jure illo cum hæreticis agi velit.

§. 43. Voco autem jus Clericale, quod tyrannidi Cleri in conscientias favet, eique legibus & statutis suppetias fert. Ejus duæ sunt species, quarum autoritate & testimonio hic utemur, Jus Justinianeum & Cánonicum. Nam Jus Justinianum in negotiis Ecclesiasticis totum Pontificium est. [p]

§. 44. Diximus hæreticum esse, qui deviat à judicio Cleri & ejuslibris. [r] Quodsi Laicus id faciat, aut etiam paucissimi ex Clero sine affectis, tum res jam constat. Quodsi plures ex Clero dissentiant ab aliis, ut clarum evadat, quænam religio sit Dominans, & quænam pars alteram pluralitate vincat, declaratione publica opus est. Id quod sit in Conciliis, vel Synodis. Quorum adeò habes originem.

§. 45. Est enim Concilium conventus Cleri, sub autoritate Principis vel directo, vel sub aliis prætextibus institutus, eum in finem, ut dissentientes à se hæreticos declarant, & ope brachii secularis coerceant. Probatur definitio applicatione ad singula Concilia.

§. 46.

(o) Vid. l. 7. & 8. C. de Summ. Trin. Nov. 42. in princ. & fine cap. ut inquisitionis de heret. 17. in 6. (p) vid. Cornelii à Rynthelen Jurisiam Romano-Catholicum per integr. (r) Suprà §. 18.

§. 46. Ratione temporis originem sumserunt sub Constantino M. qui primus libertatem hæretificandi Clero concescit, cuius adeo illustre specimen ediderunt in Concilio Nicæno.(s)

§. 47. Nam conventus Apostolorum (t) non accuratè primum Concilium appellatur, aut inter Concilia refertur, (u) quia 1) non erat de crede adis, sed faciendis, 2) agebatur ex compromisso, 3) unanimiter, non per majora, nec per judicium Cleri, 4) absque ulla coactione partis, &c. Neque conventus Episcoporum ante Constantinum, Concilia sunt propriè dicta, (x) quia non fiebant auctoritate Imperatoria, & carebant executione brachii secularis, nisi quod ex post facto adversus Paulum Samosate num imploraverit opem Aurelianî Imperatoris Clerus dis fidens.(y)

§. 48. Per *Autoritatem Imperatoriam*, sub qua in Conciliis hæretici facti sunt, intelligo assensum Imperatorum, confirmationem, nominis commendationem in convocando Concilio, uno verbo, executionem voluntatis clericalis. Nec difficitur Jus Canonicum, legitimam Conciliorum congregandorum potestatem & auctoritatem esse penes sedem Apostolicam, (z) aut Clerum, (a) nec repugnat valde Jus Justinianeum.(b)

§. 49. Neque multum ex legibus Imperatoriis lucrabuntur adversus postulata Cleri, qui forte adducere volent, per præcepta Imperatorum convocata esse Concilia. (c) Cum per præcepta talia nihil aliud intelligatur, quam quod Clerus nomen Imperatoris usurpaverit, ad terrorem incutiendum alteri parti. Neque adeo hic videndum, cuius nomen præferat convocatio, (d) quam quis sub hoc nomine lateat.

§. 50.

-
- (s) *Can. 1. in pr. diss. 15. Lancell. Inflit. Jur. Canon. l. 1. tit. 3. §. 2. Dissent. Zieg. ibid.* • (t) *Act. XV.* (u) *Conf. Grot. de Imp. Summ. Pot. circa Sacra. c 7. n. 2. Diss. Zieg. d. l.* (x) *Diss. Zieg. d. l.*
(y) Euseb. Hist. Eccles. lib. 7. cap. 24. (z) *Diss. 17. in summ. in fin. Et can. 1. & seq. d. Diss. Lancell. l. 1. t. 3. §. 2.* (a) *Lancell. d. l. §. 5. & 6.*
(i) *Nov. 123. c. 10.* (c) *l. 4. C. de Summ. Trim.*
(d) *Quod tamen Lancell. cito opponit Zieg. d. l. §. 2. diss. 1. tit. 3. §. 14.*

§. 50. Non imputatur actio illi, qui violentia adactus egit, qui resistere non potuit, qui metu incusso bona fide egit. Metus in virum constantem cadens varius est. Ei an numeratur metus carceris, quidni metus gehennæ, metus excommunicationis, metus rebellonis?

§. 51. Nec multum lucrabitur Princeps isto jure convocandi, si non habeat jus definiendi. Convocationis enim jus absque jure cognitionis & sententiaz, saltem ministeriale est. At cognitionem & definitionem soli Clero reliquerunt Imperatores, eorumque decreta, tanquam oracula exosculati sunt. (c)

§. 52. In tantum, ut nulli, sive Clericorum, sive Laicorum, permisum fuerit, ne hiscere quidem contra ejusmodi decretaz, aut de eorum veritate publicè inquirere, vel viva voce, vel in scriptis, ne videlicet Reverendissimæ Synodi judicio injuria fiat, si quis semel judicata & rectè disposita, revolvere & publicè disputare contenderit, (f) h. e. ne ullo modo Cleri & Conciliorum ejus infallibilitas, vocetur in dubium.

§. 53. Non tamen putandum, semper à Clero per Concilia hereticos fuisse effectos: sed saltem quoties è re visum fuit, & quoties sperarunt, se pluralitatem votorum obtenturos. Si talis spes vel non, vel nondum adesset, in dissentientes absq; concilio à Clero, fiducia, vel populi, vel imperatorum suffulto, levitum est.

§. 54. Ita notum est, Alexandrum ante Concilium Nicenum, & antequam de eo cogitatum esset, privata autoritate exautorasse Arium, eumque ex civitate ejecisse. (g) Ita nota vox Nestorii, tum quidem adhuc orthodoxi & insignis Hereticorum flagelli, ad Imperatorem Theodosium: Mihi, è Imperator, terram hereticis purgatam tribue, & ego tibi cœlum retribuam. Tu mihi in profligandis hereticis subveni, & ego tibi in profligandis Persis subveniam. (b) §. 55.

(c) l. 14. C. de Episc. & Cleric. Nov. 42. pr. Nov. 123. c. 10.

(f) l. 4. C. de Summ. Trinit. (g) Histoire de Concile de Nicée p. 15.

(b) Socrates hist. Eccles. l. 7. c. 29.

§. 55. Et ut eo magis appareat, de nulla alia re Clerum magis unquam fuisse solicitum, quam de conservanda sua autoritate & infallibilitate, nullius facile criminis tot enormes & variantes reprehendes poenias, quot in Legibus memorantur poena Hereticos, ut adeo, si velis ex poenis de delicto judicare, non possit non hereticis esse crimen enormissimum.

§. 56. Dividunt communiter in Ecclesiasticas & Civiles. Quae etiam divisio tolerari poterat, si modo per Ecclesiasticas non intelligas eas, quae armis Ecclesie spiritualibus inflictæ sunt, & in Hereticis efficaciam habuerunt spiritualem, sed quae à Clero dictatae sunt, aut immediate impositæ, suffragantibus eam subinde Legibus Civilibus & adminiculante brachio seculari. Ratione enim effectus omnes Ecclesiasticæ poenæ civiles sunt; Quare, nec vicio nobis vertetur, si in hac mixtura distinctionem illam in recensione harum poenarum non adeò exacte observaverimus.

§. 57. Eminaet autem inter eas Excommunicatio, eaque non intra terminos exclusionis à societate Ecclesiastica permanens, sed exclusio ab omni consortio civili, (i) exemplo prætenso Johannis Evangelistæ, intuitu Cerinthi, (l) stabilita, ac horrendis ceremoniis peracta, (m) & maledictionibus ad omnia loca, actiones, membra corporis & sensus extensis, adjunctisque adjurationibus execrandis, [n] ex Judaismo in Christianismum translatis. [o] Quæ excommunicatione extenditur etiam ad receptatores & defensores hereticorum. [p]

§. 58. Quæ adeo cum summam infamiam inferret [q], non poterant non ejusmodi excommunicationem sequi & alii effe-

(i) Albasp. Obs. Eccles. p. 2. Can. Apost. 11. Conc. Laodic. can. 33. Carthag. IV. c. 73. Arelat. II. c. 30. Avern. can. 6. & 11. Epau. can. 15.

(l) Eust. lib. 3. bis. Eccles. c. 22. (m) Can. debent 12. C. 11. qu. 3.

(n) Vide quæ ex Concil. Aquisgran. an. 816. excerptæ Boxhornius in Hist. Univ. & ex hoc refert Aegid. Strauch. differ. de prisca Eccles. in censend. heret. aquitare §. 19. (o) Strauch. d. 1. §. 20.

(p) Cap. 8. X. de Heret. (q) I. i. §. 1. C. de Sym. Trin. ibid. Dd.

effectus, infames alias concomitantes, &c. cum excommuni-
catio summa species infamie sit, adhuc maiores; quales sunt:
haereticis non esse servandam fidem, [r] in tantum, ut nec sub-
diti Domino amplius teneantur, sed ab ejus obsequio liberati
fiat. [s]

§. 59. Quod haeretici ad dignitates & officia publica non
admittantur [t] unde nec Haereticus potest fieri Imperator. [u]
Et filii quoque Haereticorum usque ad secundum gradum pa-
ternz linea & primum maternz, sunt inhabiles ad officium
publicum & beneficium Ecclesiasticum. [x]

§. 60. Ob haeresin possunt sponsalia rescindi & matrimo-
nium contractum solvit, [y] nec mulieres haereticz gau-
dent privil. dotis, [z] ac mulier scienter haeretico nubens, do-
tem amittit, eaque fisco applicatur. [a]

§. 61. Amittunt Patriam potestatem haeretici, [b] & præ-
terea haeresis est inter justas exhereditationis causas, tam intuitu
patris, quam filii. [c] Imo in genere haeretici non possunt succe-
dere, nec ab intestato, nec ex testamento. [d] nec legatum, aut fi-
deicommissum accipere. [e] licet sit testamentum militis. [f]

§. 62. Libri eorum prohibentur & igne comburi jubentur,
imò & illi, qui eos legunt, ultimo supplicio puniri. (g)

§. 63. Bona haereticorum, si Laici sint, confiscantur, etiam
post mortem, si Clerici, eorum bona Ecclesiis, à quibus stipen-
dia receperunt, applicantur. (h)

C

§. 64. De-

-
- (r) Ita decretum in Conc. Conf. ann. 1414. (s) c. ult. X. de baret.
(t) Nov. 37. Nov. 45. prefat. l. 18. pr. C. de baret. L. ult. C. de postul.
(u) Cap. Venerabilem 34. X. de Elec. & El. pot. (x) Cap. 15. de baret.
(y) l. 16. C. de Episc. and. l. 5. C. de Spons. cap. 6. X. de Divorc.
(z) Nov. 109. c. 1. (a) cap. 14. de baret. in 6. (b) c. 2. in f.
de baret. in 6. (c) Nov. 115. c. 3. §. 14. & c. 4. §. 8. (d) l. 19.
C. de baret. (e) l. ult. C. cod. Novell. 144. c. 1. que abrogat
Nov. 119. (f) d. l. ult. Cod. l. 5. C. de testam. milit. (g) l. 34.
§. 1. C. de S. Trin. l. 6. §. 1. l. 8. §. 5. C. de baret. Nov. 42. c. 1. §. 2.
(h) c. 13. §. damnati de baret. c. 8. §. penult. de Heret. in 6. c. ult. de
præscript. in 6.

§. 64. Denegatur eis auxilium Advocatorum & Notariorum. (i) Contra eos admittuntur etiam excommunicati ad testimonium, imò non opus est, ut testium & accusatorum nomina iis publicentur. (i) Testis in causâ hæretici falsum depoñens, licet perjurus sit, probat dicendo contrarium. (m) Ipsi non admittuntur ut testes contrà orthodoxos. (n) Beneficium seu Rescriptum, si quod impetraverunt, non valet. (o) Prædidentes regimini alicui, etiam ii, qui défacto tantum, & non de jure jurisdictionem habent, contrà hæreticos justitiam exercere debent. (p) Appellationis & defensionis beneficio non gaudent. (*)

§. 65.) Poteſt hæreticis decerari pena exiliū. (q) Damnantur etiam ad perpetuos Carceres. (r) In modo ultimo supplicio afficiuntur. (s) Et denique honesta sepultura iis denegatur. (t)

§. 66. Cæterum variis pervasionibus usis est Clerus, ut Imperatores in partes traheret, & ut illi tyrannidem Cleri in conscientias non solum non reprimerent, sed etiam adjuvarent. Initio fundamenti loco posuerunt, Clerum solum esse sortem electam domini, esse reges, qui se & alios in virtute regere & ita in Deo regnum habere debeant, idque designare coronam in capite; Laicos autem esse aliud genus Christianorum: Hos salvare posse, si vitia beneficiando evitaverint, & oblationes super altari apponant, ac decimas reddant. (u)

§. 67. Episcopos autem ex Clero esse maritos sanctissimæ Ecclesiæ, eique tanquam uxori debere adhærente, omnium vero fidelium esse spirituales patres, aut certè loco liberorum omnem Christianum & orthodoxum habere populum, i.e. Laicos. (x)

68. Cle-

-
- (i) C.ii.de heret. (l) c.5, eod. c. ult. eod. in 6. (m) c.8.
 & licet. cod. (n) l. penult. C. de heret. (o) l.5.
 in fin. C. cod. (p) c. 6. de heret. (*) c. 17. de heret.
 in 6. c.11. X. eod. (q) l.5. C. de heret. l.8. §.2. eod. (r) C.15.
 de heret. (s) l.5. §. 1. l.8. in fine l.11.12. pr. 16. C. de heret.
 (t) c.8. de heret. (u) can. duo sunt genera 7.
 .C.18.q.1. (x) l.Qui nem q.2. §. 1. l. fancimus q.8. C. de Episc.
 & Cler. d. can. 7. C. 12. q. 1.

§. 68. Clepo ergo soli datum esse noscere mysterium regni DEI, laicos autem in parabolis. Laicos autem esse simplices & indoctos, nec præsumere posse, quod possint pertingere ad subtilitatem sacræ scripturæ, unde nec illis arcana fidei sacramenta esse exponenda, quia sanctum non dandum sit canibus, neque margaritez mittendæ sint ante porcos. Porcos tamen non esse, & canes, qui margaritas, i. e. doctrinas & parabolas cleri, gratariter accipiant. (y)

§. 69. Quemadmodum vero patres carnales præscribunt liberis agenda, eosque erudiunt, ita ex dictis sequebatur: Clerum etiam præscribere debere Laicis, quid credere debeant. In de hata est fides formularia. (z)

§. 70. Ut autem hæc fides formularia legis efficaciam haberet, interdicebatur Laicis, ne ex desiderio intelligendi scripturas & studio, secundum eas adhortandi, convenienter, quin potius ejusmodi conventus habebantur pro conventiculis occultis, & qui officium prædicationis Christi sibi usurparent, solis tamen sacerdotibus competens. (a) Si quis contrà fecisset, pro hæretico habebatur. (b)

§. 71. Neque licebat Laico reprehendere Clericum male agentem, neque admittebatur excusatio, quod a sīna reprehenderit Prophetam, aut, quod Christus dixerit, quis ex vobis arguet me de peccato? Distingvendum enim esse dicebat Clerus, inter correptionem fratris, quorsum pertineat reprehensio Balaam ab a sīna facta, & inter reprehensionem manifestam patris spiritualis, nisi forte prælatus sponte, de suā confusus innocentia, subditorum se accusationi supponat, quorsum pertineat exemplum Christi. (c)

§. 72. Majus vero piaculum esse censebatur, si quis ea, quæ semel circa fidem definita erant, aut vellit in dubium vocare,

C 2

aut

(y) cap. 12. in schol. infer. 1. 2. X. de heret. (z) l. 1. 2. 5. 6. C. de Sum. Trinit. (a) cap. 12. & 14. de hereticis. (a) arg. rubr. d. t. de heret. junct. can. 35, caus. 24, qd. 3. (c) d. cap. 12. de heret.

aut de iis disputare, sive publicè, sive privatum, sive Clericus esset, sive Laicus. (d)

§. 73. Inde vero suâ sponte fluebat, quod nec liceret disputare de fide cum ipsis hæreticis, (e) & adeo nec ipsos audire, aut eorum defensionem suscipere. (f)

§. 74. Nihilominus tamen hæresin esse pertinaciam & dementiam animi obstinationis, (g) & hæreticum esse, quemcunque Romana Ecclesia, vel singuli Episcopi cum consilio clericorum, hæreticum declaraverint. (h)

§. 75. Ex his etiam sequebatur, crimen hæreseos esse mere Ecclesiasticum, adeoque Laicis nequaquam permisum esse, ut ipsi de eo quoquo modo cognoscerent, vel judicarent, sed officium inquisitionis in causa hæreticæ pravitatis ad solum clerum ita pertinere, ut nec liceret magistratui, captum hæreticum eximere ex potestate inquisitorum, aut à carcere liberare, aut executionem ab inquisitore injunctam detrectare, sub poena excommunicationis, &c, si excommunicationem per annum sustinuerit, sub poena ipsius hæreseos. (i)

§. 76. Et ipse quidem Clerus excommunicationem hæretorum apostolicæ autoritatis exemplo defendebat, ut ex quo didicerit, errantium & in errorem mittentium spiritus, tradendos esse Satanæ, ut blasphemare dediscant. (l)

§. 77. Quin & inculcabat: oportere nos Evangelici ministris mandati, quo ab ipsâ veritate præcipiatur, ut, si nos oculus, aut pes, aut dextra scandalizaverit, manus à compage corporis auferatur, quia melius sit his in ecclesiâ carere membris, quam cum ipsis in æterna ire supplicia. (m)

§. 78. II.

(d) l. 4. C. de Sum. Trin. l. 35. C. de Episc. & Cler. c. 2. de heret. in 6.

(e) can. 36. C. 24. q. 3. (f) cap. 11. de heret. (g) l. 2.

C. de Sum. Trin. (h) cap. 9. de heret. (i) cap. 17.

de heret. in 6. juxta cap. 8. 11. 12. eod. & Clem. 1. 2. cod. (l) can.

Apostolica 13. C. 24. q. 3. (m) Can. illud sane 34. C. 26.

q. 3.

§. 78. Illud notum in vulgus est , quod pro defendendā excommunicatione , vel etiam relegatione , in omnium ore esse soleat dictum Apostoli : hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devita. (n)

§. 79. Quod si quis eos urgeret , quod contrā Evangelicā parabolam facerent , ubi Christus iussérerit , Zizania non esse eradica n d , respondebant , eundem Dominum apertè alibi excommunicationem fieri jubere , dicentem : Frater , qui corripitur ab Ecclesia , & non obedit , sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus . Hinc autem apparere liquido , aliud esse excommunicationem , aliud eradicationem : Excommunicationem enim esse disciplinam . (o)

§. 80. Quod vero pœnam temporalem à Laicis , id est , Imperatoribus & magistratibus exequendam attinebat , docebant : vigorem ecclesiasticum debere sustineri ab imperialis fortitudinis potentia , (p) testimonia fidei & charitatis Principum Laicorum eminentia & præcipua esse , si Cleri reverentia conservetur , & ei cuncta subjiciantur , (q) unde fundamentalis propè articulus fidei Principum Laicorum erat , quod certissimè crederent : Cleri puritatem & decus & ad Dominum Jesum Christum servorem , & ab ipsis missas perpetuas preces , magnum favorem & incrementum Reip. præbere , & quanto plus rebus illorum accedat honestatis & decoris , tanto magis etiam remp. augeri . (r)

§. 81. Ne vero Principes sentirent , ita revera eos fieri subditos Cleri , confundebant apertè sua Doctorum officia cum officio Principis , & ut imperium hâc parte ad se rapiebant , ita permittebant Principibus , sed qui sputa eorum lingerent , ut docentium officia in legibus præ se ferrent , decere arbitrantes imperium , ut subditos de religione comonuferarent , ita enim & pleniori acquiri Salvatoris benignitatem , si quando & ipsi

(n) Can. Dixit 29. ibid. (o) can. Notandum 37. ibid. (p) c. g. in Schol. 1. infer. de baret. (q) l. 8. pr. Cod. de Summ. Trinit. (r) l. ult. princ. C. de Episc. audi.

Principes pro viribus ipsi placere studebant, & suos subditos ad eam rem instituerent. (s)

§. 82. Hinc etiam non infrequens est in legibus Imperatoris, quod hi minentur pœnas divinas, leges eorum transgredientibus, [r] quod alias ad officium Doctorum pertinet, impoenitentibus pœnas divinas, annunciare. Et fiebat aliquando ista pœnarium divinarum combinatio, cum quâdam quasi blasphemia, ac si Deus Vasallus Imperatorum esset, qui pro eorum arbitrio pœnas cœlestes inferre teneretur. [u]

§. 83. Ac, ut eo obsèquiores se præberent hâc parte Principes Clero, Clerus rursus ipsis permisit vitæ quamcunque licentium, absolutionem peccatorum & vitam æternam promittens, si modo hæreticos strenuè persequantur atque extirpent. (x)

§. 84. Fiebat inde unica virtus, hæreticos persequi, item & unum vitium, esse hæreticum, i. e. dissentire à Clero. Hinc de hæreticis prædicabant, quod sint caupones, qui aquam vine commisceant & virus draconis in aureo calice Babylonis propinent, habentes secundum Apostolum speciem pietatis, virtutem autem ejus penitus abnegantes. [y]

§. 85. Docebatur ulterius, quod omni homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non teneat unitatem, i. e. qui saltem in uno fidei articulo, seu Ecclesiæ Sacramento erraverit, neque baptismus, neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta, proficere poshit ad salutem. [z]

§. 86. Docebant: firmissimè tenendum esse, & nullatenus dubitandum, omnem hæreticum, vel schismaticum, cum diabolo, & angelis ejus, æterni ignis incendio participandum, nisi

(s) l.3. princ. C. d. Summ. Trinit. (t) l. 47. §. 1. l. 49. §. 8. C. de Episc. & Cler. & passim. (u) l. ult. in fin. verbis: ex calo volumus C. de Ep. aud. (x) Cap. 13. vers. Catholicæ vero. de hæret. (y) c. 10. in schol. infer. eod. tit. (z) c. 3. eod. ex Augustino, junct. c. 8. eod. in 6.

nisi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus & redintegratus ecclesiæ. [a]

§. 87. Unde forte ortum duxit, quod Hæretici de consuetudine ignis pœnâ coercentur. Quamvis alii Dd. eam pœnam putent esse fundatam in autoritate Evangelii: cum Evangelium doceat, [b] si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & aresceret & colligent eum, & in ignem mittent. (c)

§. 88. Cum tamen non conveniat mansuetudini Clericali, sanguinem hominis effundere, solent adhuc hodie Inquisitores obtestari Magistratum, cum ei hæreticum puniendum tradunt, ne sanguinem ejus effundat, sed ut saltē vivum comburat. [d]

§. 89. Docebant insuper, quod hæresis sit crimen gravius crimine incestūs & defraudationis vestigialium. [e]

§. 90. Et jām antiquitus Clerus Imperatoribus persuaserat, ut hæresin voluerint esse publicum crimen, additâ illâ ratione, quia, quod in religionem divinam committatur, (i.e. per hac tenus deducēta, in Cleri formulas,) in omnium feratur injuriam. [f]

§. 91. Ecce cum adeo Imperatoribus persuasisserent, ipsorum dicta, esse ipsius Dei dicta, suâ sponte etiam sequebatur, crimen hæreseos esse gravius crimen criminis læsa Majestatis, vel certe æquè grave, [g] esse immanissimum sacrilegium. [h]

§. 92. Denique, postquam ita animis Laicorum persuaserat Clerus, eis omnia credendi, quæ vellent credi, non difficile fuit, iis etiam illud addere, ut Principibus persuaderent, ad dignitates publicas neminem admittendum esse, nisi prius juramentum religionis præstitisset. Quod, etsi ab initio erat saltē juramentum confessionis, [i] mox tamen exinde etiam juramentum professionis, aut promissionis effectum est: [l] Quorum utrumque tamen & communī juramentorum naturæ & principiis Evangelii repugnare, ostendet caput sequens.

COROL.

-
- (a) d.c.3. ex Augustino. (b) Job. 15. (c) Ant. Perez. in Cod. rit. de bæret.n.3. (d) voyez l' Histoire de l'Inquisition de Gœa. (e) c.19. de bæret.in 6. (f) l.4. §.1. C.b.s. (g) l.4. §. 4. C. cod. (h) l.8. §.5. C. cod. (i) l. jubemus 19. l. nemo militet.20. C. de Episc. aud. (l) autb. statuimus C. cod.

COROLLARIA.

1.

Ne occasio calumniandi remaneat, ac si in iis, que subinde de artibus, aut personis Cleri in disputatione diximus, male, aut parum aquè, sentiamus de Ministerio Ecclesiastico, notandum, tantam esse differentiam inter Clerum & Ministerium Ecclesiasticum, quanta est inter Fures, aut Homicidas, & inter bonos Pastores.

2. Ministerium Ecclesiasticum enim est status Ecclesia in republicā docentium, qui à cœtu Christianorum ad id ritè electi & constituti sunt, ut nomine & jussu Ecclesia publicè predicent Verbum Dei, & Sacra menta administrant, secundum ritus adiaphoros à Principe prescriptos.

3. Clerus dominium querit in conscientias reliquorum membrorum. Minister Ecclesia gloriam suam in eo quarit, ut sit minister reliquorum membrorum. Matth. 23. v. 11. I. Cor. 3. vers. 5.

4. Distinctionem Ecclesia in Clericos & Laycos, improbarunt jam publicè multis Theologi & J.Cri

COROLLARIA.

¶ Cti Evangelici. At distinctio in docentes
(quales ministri sunt) & auditores, fundata
est in jure divino.

5. Uti ergo docentium, quæ docentes sunt,
relata sunt auditores, ita quæ ministri sunt,
correlatum est caput Ecclesia invisibile Christus,
& reliqua membra, quorum fratres sunt, non
patres spirituales. Matth. 23. v. 9.

6. Quatenus vero Ecclesia est in Republica;
ministri Ecclesia aquæ subditi sunt Principis, ut
auditores.

7. Actio injuriarum, quanta quanta est,
repugnat Christianismo, quia tendit ad vindi-
ctam privatam.

8. Si Clerus in Ecclesia Evangelica velit
inquisitione sacrâ adversus aliquem procedere;
non cogitur is Clero edere cogitationes suas de
rebus Ecclesiasticis & Sacris, quia hoc omni iure
repugnat. Quodsi Clerus autoritate Principis
eam in rem uti velit, justissima subsunt causa,
istam editionem humiliè coram Principe de-
precandi.

9. Qui delictum aliquod denunciarit, ac
denunciationem suam probare est paratus, ab
omni actione injuriarum denunciati liber est,

D

etiam si

COROLLARIA.

etiam si Magistratus Politicus, sive ex iusta, sive
injusta causa inquisitionem instituere nolit.

10. Hæreticus quicunque homo tamen est.
Ergo ei jura naturæ communia debentur. Non
est laudandus, non contumeliam afficiendus, pacta
ei sunt servanda, ergo & officia humanitatis
exhibenda.

11. Tolerare hæreticum iuxta se in Rep. est
ad huc minus officio humanitatis. Ergo qui to-
lerantiam denegat, reverâ inhumanus & crimi-
nalis est. At in homine inhumano & crudeli
non potest habitare Spiritus mansuetudinis &
humanitatis.

12. Nullus tanquam hæreticus, cum sit in-
nocens, obteratur, nec expositum eam ad contu-
meliam religio qualiscunque perficiat. arg. I.
Nullus 14. C. de Judæis & Cœlicolis.

